

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus Caput 9: De prelatiis ecclesiasticis (6)

Idem (Bernardus):

Clamat penuria pauperum,
clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur et dicunt:
Dicite, pontifices, in inferno quid facit aurum freno?
Numquid aurum ab inferno repellit frigus sive esuriem?
Nobis fame et frigore miserabiliter laborantibus,
quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in perticis, vel plicata in manticis?
Nostrum est quod effunditis.
Nobis crudeliter subripitur quod a vobis inaniter expenditur.

Clamant vero nudi, clamant famelici, conqueruntur et dicunt:
«Dicite, pontifices, in freno quid facit aurum?»
Numquid aurum a freno repellit frigus sive esuriem?
Nobis frigore et fame miserabiliter laborantibus,
quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in perticis, vel plicata in manticis?
Nostrum est quod effunditis;
nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter expenditis.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistula de moribus et officio episcoporum*, 2
(SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.106, ll.8-13).